

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7312

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Angers (hôtel-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1181-1183, janvier]

Lieu d'émission : Le Mans

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation au même Hôtel-Dieu du « Boscus Deserte sub Rupeforti ».

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Port Célestin, *Cartulaire de l'hôpital Saint-Jean d'Angers*, précédé d'une notice historique sur cet Hôtel-Dieu, Paris/Angers, J.-B. Dumoulin/p. Lachèse, 1870, p. VI, n° VI.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCXXXIII, t. 2, p. 243-244.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 244. Souscriptions de Sifroi, évêque de Chichester, sacré à Cantorbéry le 16 novembre 1180, et de Gautier de Coutances, qui n'était pas encore évêque de Lincoln (élu le 8 mai 1183). Henri II a été au Mans le 1er janvier 1183.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallos, prepositis, et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me, pro salute et redemptione animarum patris et matris mee, et pro salute ac redemptione anime mee et antecessorum meorum, fundasse et construxisse apud Andegav[im] juxta fontem Sancti Laurentii hospitale quoddam quod ibi situm est in honore Dei ad sustentamentum et relevationem pauperum Dei. Ego autem, pietate motus super inopia et necessitate tam sanorum quam infirmorum inhabitantium in ipso hospitali, dedi eis et concessi et presenti carta mea confirmavi in liberam et perpetuam elemosinam boscum meum Deserte sub Rupeforti, habendum et possidendum cum omnibus pertinentiis suis libere et quiete ad usus suos, et ad faciendum inde quicquid voluerint. Quare volo et firmiter precipio quod predictum hospitale et pauperes Christi in eodem habitantes prenominatum boscum Deserte habeant et teneant in libera et perpetua elemosina, absque omni calumpnia et reclamatione alicujus, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Si quis vero hanc prescriptam donationem meam

infringere vel cassare attemptaverit, vel aliquo modo imminuere presumpserit, omnipotentis Dei malivolentiam, iram et indignationem incurrat et meam.

Testibus : Willelmo episcopo Cenoman[nensi], Sefredo Cicestrensi episcopo, magistro Waltero de Constanciis, Mauricio de Creon, Willelmo de Humetis constabulario, Ricardo vicecomite Bellemontis (sic), Lancelino de Vendocino, Roberto de Stuttevilla, Hugone de Creissi, Folqueio Painel, Thoma Bardulfi, Willelmo de Ostilli.
Apud Cenomanniam.